

# La conquista del Mediterraneo Occidentale

Guerre puniche: (264-241); (218-201); (149-146)

Guerre celtiberica: (194-179);(153-151);(143-133)

Guerra lusitana (154-138)

Guerra gallica (58-50)

# La conquista del Mediterraneo Occidentale

Guerre puniche: (264-241); (218-201); (149-146)

Guerre celtiberica: (194-179);(153-151);(143-133)

Guerra lusitana (154-138)

Guerra gallica (58-50)

# Conquista del Mediterraneo orientale

- Guerre illiriche:
- Guerre macedoniche: 215-205; 200-197; 171-167; 152-146
- Guerra siriaca: 192-188
- Guerra acaica: 146
- Guerre mitridatiche: 88-85; 74-63

# Contemporaneità dei fatti

- STRUMENTI
- SOLUZIONI
- ATTITUDINI

# Strumenti

- Trattati di alleanza
- Strutturazione del territorio
- Strategie della relazione politica
- Paci

- LE PROVINCIAE: UNA SOLUZIONE O UN DISEGNO?

- LE PROVINCIAE: UNA SOLUZIONE O UN DISEGNO?

## Liv. 33.32.4-6

- Ad spectaculum consederant, et preco cum tibicine, ut mos est, in medium aream (...) processit et tuba silentio facto ita pronuntiat:

Senatus Romanus et T. Quinctius imperator Philippo  
rege macedonibusque devictis liberos, immunes, suis  
legibus esset Corinthios, Phocenses (,,,)”  
percensuerat omnes gentes quae sub dizione Philippi  
regis fuerant. Audita voce praetoris maius gaudium  
fuit quam quod universum homines acciperent...

# Livio 32.28

Livio 32, 28

C. Cornelio et Q. Minucio consulibus omnium primum de prouinciis consulum praetorumque actum. (2) Prius de praetoribus transacta res quae transigi sorte poterat: urbana Sergio, peregrina iurisdictio Minucio obtigit; Sardiniam Atilius, Siciliam Manlius, Hispanias Sempronius citeriorem, Heluius ulteriorem est sortitus. (3) Consulibus Italiam Macedoniamque sortiri parantibus L. Oppius et Q. Fulvius tribuni plebis impedimento erant, quod longinqua prouincia Macedonia esset (4) neque ulla alia res maius bello impedimentum ad eam diem fuisse quam quod uixdum incohatis rebus in ipso conatu gerendi belli prior consul reuocaretur: (5) quartum iam annum esse ab decreto Macedonico bello; quaerendo regem et exercitum eius Sulpicium maiorem partem anni absumpsisse; Uillium congregientem cum hoste infecta re reuocatum; (6) Quinctium rebus diuinis Romae maiorem partem anni retentum ita gessisse tamen res ut, si aut maturius in prouinciam uenisset aut hiems magis sera fuisse, potuerit debellare: (7) nunc prope in hiberna profectum ita comparare dici bellum ut, nisi successor impedit, perfecturus aestate proxima uideatur. (8) His orationibus peruicerunt ut consules in senatus auctoritate fore dicerent se, si idem tribuni plebis facerent. Permittentibus utrisque liberam consultationem patres consulibus ambobus Italiam prouinciam decreuerunt, (9) T. Quinctio prorogarunt imperium donec successor ex senatus consulto uenisset. Consulibus binae legiones decretae et ut bellum cum Gallis Cisalpinis qui defecissent a populo Romano gererent. (10) Quinctio in Macedoniam supplementum decretum, sex milia peditum, trecenti equites, sociorum naualium milia tria. (11) Praeesse eidem cui praeerat classi L. Quinctius Flamininus iussus. Praetoribus in Hispanias octona milia peditum socium ac nominis Latini data et quadringeni equites, ut dimitterent ueterem ex Hispaniis militem; et terminare iussi qua ulterior citeriorue prouincia seruaretur. (12) Macedoniae legatos P. Sulpicium et P. Uillium, qui consules in ea prouincia fuerant, adiecerunt.

# Valerio Massimo 4.1.10

Ne Africanus quidem posterior nos de se  
tacere patitur. qui censor, cum lustrum  
conderet inque solitaurilium sacrificio  
scriba ex publicis tabulis sollemne ei  
precationis carmen praeiret, quo di  
immortales ut populi Romani res meliores  
amplioresque facerent rogabantur, 'satis'  
inquit 'bonae et magnae sunt: itaque  
precor ut eas perpetuo incolumes seruent',